

DE PROLAPSI INTESTINORUM IN SCROTUM  
GRAVISSIMA SYMPTOMATA, TANDEMQUE  
MORS SEQUUTA.

## OBSERVATIO LXXXI.

Ex prolapso intestinorum in scrotum gra-  
uissima symptomata, tandemque  
mors sequuta.

*Ad*

Clarissimum atque Doctissimum virum Dn.  
SEBASTIANVM MEYERVM Reipub.

Friburgensis Doctorem Medicum  
ordinarium ac celeber-  
rimum.

cui

Guilhelmus Fabricius Hildanus  
S. P. D.

**C**asum illum grauissimū, Generosi Domini DE CVCEY, Vir clarissime, ac amice plurimū honorande, sāpē tecū ruminō. Quādoquidē Excell. T. pro ingenij sui dexteritatē & rerū experiētia statim ab initio morbi sūmā adhibuisse diligentia, nihilq; corū, quę ad methodicā curationē spectat, prætermissee, attestari possū: Chirurgū quinetiā vestrū, qui anteā illi intestinū nō semel reposuerat, nūc quoque mun⁹ suū obiisse, nō dubito. Quia igitur Medicamenta & manualis operatio, quę infinitos alios, inā & ipsum met Generosū Dominū, aliquoties antehac in simili casu feliciter restituere, nunc incassūm, & absque omni fructu adhibita fuerunt; abstrusum aut potius diui-

V